

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

200. Quando statuta laicorum sint contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et
pro praxi explanantur quinque casus præter alios iam discussos in aliis
Resolutionibus in hoc ipsomet tractatu & nouo ordine. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

Martha de iuris d. p. 4. cent. 1. cas. 62. num. 6. Altherius tom. 1. diff. 16. lib. 5. cap. 6 fol. 703. col. 2. qui citat Felinum in cap. Eccles. S. Mariae. num. 124. de constitut. & copiose noster D. Carolus de Graffis de effect. cler. eff. 2. n. 14. ¶ Filiucius tom. 1. tral. 16. cap. 10. n. 469. qui citat Sayrum, & Sylvestrum; & alij. Et ratio est: quia priuilegium concessum, postquam ratum habetur ab eo, ipse quem collatum est, transit in ius: ergo laicus poruit a principio priuilegium Clericis non concedere; sed semel concessum non poterit amplius reuocare, vt habetur ex Felino in c. S. Mariae. n. 124. de constitut.

3. Deinde , priuilegium concessum alicui non subdito , reuocari non potest; vt habetur *in c. nonit. de iudicis. & nota Abbas in c. inter alia. n. 19. de immunitate Ecclesie. & alij.* Sed Clerici non sunt subiti fiduciaribus: Ergo priuilegium illis concessum, amplius auferri non potest , & aliter facientes in excommunicationem Bulla Cœnæ incurarent: quod in verbis Bullæ determinatum videtur, ibi: *Quaruncunque Ecclesiærum iuribus quomodolibet præiudicatur.* Item semper indirecte per statutum contra particularem Ecclesiæam præiudicatur ceteris generaliter. Ergo, &c. Et ita, stante hac opinione, si erat statutum antiquum laicorum, vt singulis annis certo dñe cuiusdam mensis, cuidam Collegio Clericorum, vel Monasterio Regularium, erogarentur certæ elemosinae sed deinde efficerent aliud statutum, ne in posterum ex elemosyna præbeatur; secundum hanc posteriorem sententiam, tale statutum esset contra libertatem Ecclesiastican. Vide etiam circa præsentem quæstionem Genuensem *in pract. Ecclesiastriano* 17. q. 4. 80. n. 2. qui contra aliquos probat statutum esse contra libertatem Ecclesie, quando est contra libertatem viuis Ecclesiastantium.

R E S O L . C X C V I I I .

An statuta laicorum etiam favorabilia Clericis sint validae?
Et an statuta, & leges Principum secularium etiam licita, & honesta, & propter commune bonum facta, & quae prius privilegia Ecclesie non laderent, adhuc non ligent Clericos?

Et notatur, quod quando Clerici, & Ecclesia in aliquo statuto non nominantur, possint cogi statuentes declarare, quod non comprehenduntur Ecclesia, & persona Ecclesiastica. Ex part. 3. tract. 1. Ref. 13.

S. p. hoc su- §. 1. R Espondeo negatiū ex defectū potestatis, & pra- in Ref. iurisdictionis, & habetur in c. Ecclesia Sancta
92.8. Sed vt. Maria, de consit, & ibi Abbas n.10. & Felinus n.80.
cursum in- principio, & vide etiam Beroum vol. 1. confil. 31. num. 22. & 24. Ri-
cursum in- minaldum seniorio volum. 2. confil. 218. n. 8. Oddum
principio, & vide etiam Beroum vol. 1. confil. 31. num. 22. & 24. Ri-
in Ref. minaldum seniorio volum. 2. confil. 218. n. 8. Oddum
209.8. Adde. confil. 44. n. 13. Menochium vol. 3, confil. 291. n. 25. &
& in Ref. 210. alios penes ipsos. Si tamen aliqua lex Principis esset
§. 2. ad me- dium, & in merē priuilegata rerum Ecclesiasticarum sue Cleri-
Ref. 334. §. 6. corum, tunc valeret, etiam quod laici habeant
& inferiori superioritatem in spiritualibus, nam non subdite pri-
in tr. 3. Ref. uilegium concedi potest, dummodo tamen talis lex
15. §. 2. & in non contineat praeceptum, vel necessitatem, quia
alio & carum etiam quod Ecclesia esset favorabilis, & priuilegiata,
annotatione tamen propter praeceptum, & necessitatem, quam
imponeret clericis, non valeret, sed scens, si resolu-
retur in vim consilij, seu priuilegij. Vide Surdu-
vol. 1. confil. 2. num. 19. & vol. 3. confil. 301. num. 13. & 24.
Hondedun vol. 1. confil. 3. num. 11. & vol. 2. confil. 29.
n. 17. & alias, quo ipsi citant.

*Sup. hoc & 2. Notandum est etiam hic obiter, (&c in hoc
contento in multi errant,) statuta, & leges Principium sœcula-
hoc §. p. rium etiam licita, & honesta, & propter commun-*

bontum facta , & quæ privilegia Ecclesiæ non lade-
rent ; adhuc non ligare Clericos , quia in statuente
non suffici iusta causa , sed requiritur iurisdictio ; nam
necessitas , seu bonum commune , vel iusta causa ,
nunquam tribuunt iurisdictionem laicis in Clericos .
Vide Menochium vol. 3. consl. 291. n. 25. Surdum vol.
1. consl. 2. num. 33. & vol. 3. consl. 301. num. 11. & 28. &
alios penes iofos.

3. Nota etiam quod quando Clerici, & Ecclesia in aliquo statuto non nominantur, possunt cogitantes declarare, quod non comprehendantur Ecclesia, & persona Ecclesiastica, ut docet Ioannes Bertran. de Guevara in *propnaculo libert. Eccles. afer. 2. §. 2.* num. 63. Ancharanus num. 1. Geminianus num. 4. Francus num. 2. in c. finali de immunit. Eccles. in 6. D. Antoninus part. 3. tit. 12. cap. 3. §. 5. & alij quos citani, & sequuntur Maynardus de priuileg. Eccles. part. 1. art. 22. num. 31. & Surdus volum. 3. consil. 301. num. 45.

RESOL. CXCI X.

Quid facere debeat Episcopus, dum indices laici edunt aliquod statutum contra libertatem Ecclesiasticam?
Ex part.3.tract.1.R.68.

— 1 —

S. I dubium sit an illud statutum libertati Ecclesiastica aduersetur, & datum Ecclesiae, vel clericis, inferat, cogere potest conditorem ad declarandum expressè tali statuto clericos, & Ecclesias non comprehendendi. Si vero, perspicue constet illud statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, præcipue debet conditori, & ipsis ad quos pertinet, ut illud omnino tollant, & si hoc ipsi minime efficer volunt, debet ipsi autoritate sua tollere, & declarare huiusmodi statutum, legem, actum, pragmaticam, aut aliam ordinationem esse irritam, & inutilidam. Vide Felinum *in cap. Ecclesia Sancte Maria, num. 145. de confit.* Altherium lib. 5. disput. 16. cap. 6. dub. 54. Sayrum de cens. lib. 3. cap. 34. n. 17. & alios.

R E S O L . C C.

Quando statuta laicorum sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?

Et pro praxi explanantur quinque casus prater alios iam discussos in aliis Resolutionibus in hoc ipso tempore tractati, & novo Ordine. Ex part. 4. tract. 1. Resolutionibus.

S. I. **P**rimò, quando Ecclesia & personæ Ecclesiasticae prohibentur, aut impediuntur uti rebus, aut facultatibus à iure communī sibi concessis. Ita Felinus in cap. Ecclesia S. Mariae, de confit. nro. II. & ibi Imola, & Butius, Alexander lib. I. consil. 12.1. & lib. 2. consil. 20.8. Tulfus tom. 5. concil. 342. num. 13. 19. & 137. & probatur ex d. cap. Ecclesia S. Maria, 4. de privilegiis cap. fin. de immunit. Ecclesie in 6.

2. Secundo, quando dominuntur, vel tolluntur priuilegia Ecclesie, & Clericis concessa a Deo, summis Pontificibus, aut aliis Principibus saecularibus. Ita Cynus, & Salicius in *Ambent.*, cass & irrua. Baldus in *l. cunctis populos*. Imola in *cap. nouis de iudicis, num. 2.* Abbas n. 2. Alexander lib. 1. confil. 294. & 214. Confirmitur in *l. 2. cap. 10.* fol. 1. 23. & 24. *in Regino* ac metu.

209*p. 3.*
3. Tertiū, quando Clerici & Ecclesiastici per-
sona efficiuntur timidiiores. Ita Angelus de Perusio in
l. 1. §. qua oneranda, ff. quarum rerum, & Bartho, ibi ad medie-
cum

De Immunit. Eccles. Resol. CCI. &c. 197

cum DD. in c. Ecclesia, & Cardinalis Tuschus tom. 5.
conclus. 342. num. 39.

4. Quartò, quando Clerici efficerentur determinatis conditionis quam laici. Ita Felinus in dicto cap. Ecclesia, num. 111. Pechius de amortizat. cap. 6. Zabarelli in cap. peruenit, de immunit. num. 3. & Probatum ex cap. quanto, de priuilegiis, & ex cap. fin. de immunit. Ecclesia 6.

5. Et quinto, illa statuta sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quae sunt apta affere Ecclesias & Ecclesiasticis personis semper incommodum; ut notat Felinus in d. cap. Ecclesia, num. 69. etiam si indirecte noceant Ecclesias, quamvis dispositio & statutum non disponat super illis, super quibus Ecclesia habet specialia priuilegia, vt patet ex cap. quanto 26. de priuilegiis, & probat Felinus vbi supra, num. 104. & Tuschus num. 140.

6. Sunt etiam præter predicta, aliqua statuta contra immunitatem, de quibus supra dictum est, unde infert cum Angelo de Perusio consil. 48. Felino in d. cap. Ecclesia, num. 148. Lapo allegat. 92. & Pechio de amortizat. c. 6. quam periculosa sit hac materia statutorum, ne ladt immunitatem Ecclesiasticam: unde aduentar Confessarij, vt ab huiusmodi statutis ferendis pœnitentes deterrent.

RESOL. CCI.

Quando sumus in dubiis, an aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, an debeamus opinionem, qua faciat Ecclesia, amplecti? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 66. alias 65.

§. I. Respondeo affirmatiue: quod est valde nondum dubium; quia quotidiana. Et ratio est: quia in dubia tenenda est opinio, qua faciat Ecclesia, vt patet ex c. fin. de sent. & re iudicata, & ex l. sum. persona. de relig. & sumpt. funer. Idem docet ex veteribus Felinus in c. 1. n. 104. de constit. Iason, in l. filiorum. §. Dini, n. 82. & in repet. n. 110 ff. de leg. 1. Decian. lib. 3. cons. 80. n. 22. Hondeodus lib. 1. conf. 3. n. 24. nouissimum Bellott, in disquis. cler. p. 1. tit. 6. §. 4. n. 13. & Maynardus de priuilegiis. Ecl. contra Venetos, p. 2. art. 22. n. 61.

RESOL. CCI.

An Principes statuentes, ne in eorum statu possint adificari de novo Ecclesia, & Monasteria sine eorum licentia, derogent Immunitatem Ecclesiasticam?
Et an Constantinus Imperator concesserit facultatem, vt Ecclesia per totum Orbem possint adificari? Ex p. 1. tract. 2. Ref. 62. alias 61.

§. I. Scriptum argumenta pro parte negativa adducit Anton. Bouvius in respons. pro censuris Pauli V. contra Venetos, quæ postea solide eruit, & impugnat, probans, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam. Idem etiam docet Vgolin. in respons. ad Iurie Gymnasi Patauni contra Venetos. c. 6. §. 1. 2. 3. 4. & 5. Collegium Bononiense pro libert. Eccles. contra Venetos, n. 43. Philip. Maynard. de priuilegiis. Ecl. contra Venetos, p. 2. art. 24. per totum Bellot. in disq. cler. p. 1. tit. 6. §. 1. num. 20. Duard. in Bull. Con. lib. 1. can. 15. q. 19. n. 98. Aloysius in praxi, tom. 3. resolut. 207. num. 7. Patres Theologi Religionis feruorum in defens. cens. Pauli V. Ioan. Franc. Fagnan. in tr. de iust. cens. eiusdem Pauli V. p. 2. fol. 26. Ferdinand. de Bastidia in Antidoto contra Paulum Venetum, part. 2. argum. 10. & sequent. Valenzuela in defens. Monit. Pauli V. p. 2. n. 28. & seq.

Tom. IX.

Lupus tract. de liber. Eccles. q. 4. n. 7. & Paulus Comitol. in tr. de apologet. contra Venetos cap. 1. num. 17. qui hoc probat ex multis, & præcipue ex diss. 1. de consecratione, & in particulari ex can. de locorum. Gelasij Papa: ex can. Ecclesia, Nicolai Papa: ex cap. nemo Concilii Aurelianensis: & ex decretalibus sub titulo, de Eccles. adiutor. vel reparandis. & maximè ex Decret. finali. & ex illa, quæ incipit, Ad andiemiam. & ex illo Bonifacij VIII. quæ incipit, Autoritate de priuilegiis. in 6 patet hoc etiam ex auct. de Ecclesia, p. 1. per totam. & auth. ut null. fabr. orat. & hoc. Et licet à Valente, Theodosio, & Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum, Ecclesias adificari sine Principis licentia, vt patet ex l. nemo. C. de relig. & sumpt. funerum. hoc ramen Imperatores illi effecerunt de facto, & propterea totum hoc fuit postea revocatum à Iustiniano in leg. sancimus. §. siquidem. C. de Episc. & Cleric. & in dicta auctoritate. ut null. fabr. &c.

2. Sed audiamus de hac re differentem Cardinalem Baronium in sua Parensi ad Rempublicam Venetiam, quæ tale statutum contra libertatem Ecclesiasticam fecerat, & properè à Paulo V. excommunicata; vbi fol. 15. sic assurit: Exagitatione insuper literis apostolicis: per vos statutū. Ne quis Ecclesias, Monasteria, atque alias religiosas Domos Venetiis, & vbi que locorum Dominio vestro subiectorum sine vestra speciali licentia fundet, & erigat. Quād autem contra ius, fasque id præsumptur, quæ dictū sumus, vos commonebunt. Nam illa occidentalis Imperij culmina augustinissima & quæ, & robore militari potentia, similique doctrina rerum sacrarum conspicua, Carolus, & Ludovicus, cum fatentur super Ecclesias nullum sibi vendicandum esse dominium, verè legitimi laudati sunt Imperatores, vt qui lege scripta professi sūt non tantum in Ecclesiasticarum constructione aliquod ius non esse concessum Imperatoribus, sed neque absque Episcopi licentia domi suæ Oratoriū contruendi habere aliquam facultatē, quod probè cognitum, pragmatica sanctione ita relinquere volueret testatum his verbis, [Placuit nobis, sicut ab Episcopis, & reliquis Sacerdotibus, ac Dei seruis admoniti fuimus (ne Capella in nostro Palatio, vel alicubi sine permisso Episcopi, in cuius est parochia, sicut.) Si igitur nec Capellam vnam, & in suo Palatio adificandi absque licentia Episcopi, tanti Imperatores facultatem se habere testati sunt, quomodo adificandi Ecclesias, & alia religiosa loca dandi licentiā, vel negandi, vos ita vobis arrogatis autoritatē] Ita Cardinalis Baronius, qui ex aliis exemplis probat, tale statutum infringere Ecclesiasticam libertatem.

3. His omnibus addendum est, quod Constantinus Imperator concessit facultatem, vt Ecclesia per totum orbem possint adificari, vt patet in c. futuram. 12. q. 1. Ergo non possunt Principes, etiam alias absoluti, & imperio non subiecti, revocare priuilegia ab imperio Ecclesia concessa: nam, vt notat Fillius. c. 1. tr. 16. c. 10. n. 270. & alij penes Valenzuelani, ubi supra in defens. Mon. Pauli V. p. 2. n. 36. statuta quæ restringunt priuilegia concessa toti Ecclesia à Deo, Papa, vel Imperatore, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, sunt contra libertatem Ecclesiasticam. Quod etiam notauit Maynardus de priuilegiis. Ecclesia; Ex part. 2. art. 22. n. 95. & art. 23. n. 24.

RESOL. CCI.

An edictum, seu statutum de non adificandis Monasteriis, seu habendis certibus Religiosorum sine licentia Principis, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 129. alias 128.

R. 3

§. I. Posset